

ANDREA GABRIELI (1533–1585)
CLAUDIO MONTEVERDI (1567–1643)

Madrigali accomodati per concerti spirituali
Madrigals adapted for use as Sacred Music

I CANTORI DI SAN MARCO · MARCO GEMMANI, direttore

Testi / *Texts*

Claudio Monteverdi

Aquilino Coppini

1. *Domine Deus*

Domine Deus meus,
Peccavi graviter coram te
Et declinavi, miser, a te;
Sed nunc detestor
Improbitalatem meam
Atque peccata mea.
Parce mihi, clementissime Deus,
Et oculorum rivos salientes,
Ah, respice benignus
Emanantis signum mei doloris.

Claudio Monteverdi

Aquilino Coppini

1. *Domine Deus*

Signore Dio mio,
gravemente ho peccato al tuo cospetto
e, infelice, da te mi sono allontanato;
ora, però, detesto
la mia malvagità
e i miei peccati.
Perdonami, Dio clementissimo,
e gli sgorganti ruscelli degli occhi,
ah, guardali benevolo,
giacché rivelano il segno del mio dolore.

2. *O gloriose martyr*

O gloriose martyr,
Superasti tortores
Et rabiem eorum;
Tu non perhorruisti
Cruciatus horrendos neque mortem:
Ideo vere vivis
Et faciunt te iubilare in gloria
tua tormenta.

3. *Iesu dum te*

IESU, dum te contemplor
Visibili sub specie hac panis,
Anhelat ad hunc panem,
Consecratum a te, anima mea.
O mi IESU, o esca vitalis,
Te gustem in hac vita
Et, post hanc vitam,
Te fruar in aeternum.

4. *Plagas tuas*

Plagas tuas adoro, Christe,
Mea vera salus;
Sed vulnerarunt te mea peccata
Et fecere has plagas.
O ardens cor amantis,
Peccavi ego,
Tu pertulisti poenam.

5. *Rutilante in nocte*

Rutilante in nocte
Exultant laeti Angelorum chori
Cantantes gloriam Infantis nati:
Ecce, Angelorum
Ad eum cantum sonorum,
Tremunt pastores et greges errantes,
Et maturare fugam
In cava antra parant, glaciali
Stupefacti pavore.
Sed Angelorum chori cantant:
«Pastores, ite ad pupulum Dominum vestrum:
Ite et adorare Salvatorem
Qui nunc natus est vobis».

2. *O gloriose martyr*

O martire glorioso,
hai vinto i torturatori
e la ferocia loro;
davanti a supplizi orrendi ed alla morte
tu non hai tremato:
per questo sei veramente vivo
e i tuoi tormenti
ti fanno gioire nella gloria.

3. *Iesu dum te*

O Gesù, mentre io ti contemplo
sotto la visibile specie di questo pane,
a questo pane, da te consacrato,
anela l'anima mia.
O mio Gesù, o alimento vitale,
possa io gustarti in questa vita,
e, dopo questa vita,
godere di te in eterno.

4. *Plagas tuas*

Venero le tue piaghe, o Cristo,
mia vera salvezza;
ma a ferirti e a procurarti queste piaghe
sono stati i miei peccati.
O ardente cuore di amante,
a peccare fui io,
ma fosti tu a sopportare la pena.

5. *Rutilante in nocte*

Nella notte splendente
lieti esultano i cori degli angeli
mentre cantano la gloria del Bambino nato:
ecco a quel canto sonoro
di angeli,
tremano pastori e greggi erranti,
e in cavi antri
si apprestano a fuggire,
storditi da glaciale terrore.
Ma i cori degli angeli cantano:
«Pastori, andate dal bambinello Signore vostro;
andate e adorare il Salvatore,
che ora è nato per voi».

6. *Plorat amare*

Plorat amare
 et liquitur in undas citas Petrus,
 Apostolorum princeps,
 Domino pernegato quem amabat:
 Haec secum bone Iesu quid patravit?
 Et reputans iniuriam illam
 Et scelus suum,
 In duro saxo cubat,
 Et quoties inaudit galli cantum,
 Humectat planctu pudibundas genas.

7. *Anima miseranda*

Anima miseranda,
 Quae offendis Deum tuum peccando,
 Quam erras o coeca,
 O vecors, o stulta nimis:
 Quid expectas? Quid speras?
 Quid trahis moram in impio peccato?
 Non reformidas horribilem Infernum?
 Mortem misera
 Non vides imminentem?
 Quis te stupor oppressit quisve furor?
 Quae caligo coecavit?
 Ah flecte, anima, ah flecte mentem
 Et fuge mortem linquendo peccatum.
 Morere mundo
 Ne moriari Deo.

8. *Qui laudes*

Qui laudes tuas cantat, aeterne Deus,
 Multa hilaritate,
 Et qui mandatis tuis
 Velociter oboedit,
 Qui non humana quaerit
 In hac fluxa vita, ardet amore
 Sed amore caelesti
 Liquescere se sentit, dum flammeo
 Ardet amore tuo:
 Est animo in caelo,
 Fragili corpore errat in terra.

6. *Plorat amare*

Piange amaramente
 e in rapide onde si scioglie Pietro,
 principe degli Apostoli,
 dopo aver ostinatamente rinnegato il Signore che
 amava:
 Perché, o buon Gesù, è sceso a questi patti con sé?
 E considerando quell'offesa e il suo delitto,
 giace riverso su dura roccia,
 E considerando quante volte sentì il canto del gallo,
 percuote fino alle lacrime le guance piene di vergogna..

7. *Anima miseranda*

Anima miserevole,
 che offendi il tuo Dio peccando,
 quanto sbagli, o cieca,
 o demente, o stolta troppo:
 cosa aspetti? Cosa speri?
 Perché indugi nell'empio peccato?
 Non temi l'orribile Inferno?
 Non vedi, infelice,
 appressarsi la morte?
 Quale insensatezza o quale pazzia ti ha oppresso?
 Quale caligine ti ha ottenebrato?
 Ah, muta, anima, oh muta proposito,
 e fuggi la morte, abbandonando il peccato.
 Muori al mondo
 per non morire a Dio.

8. *Qui laudes*

Chi, o eterno Dio, canta le tue lodi
 con molta letizia,
 e chi ai tuoi comandi
 obbedisce prontamente,
 chi non cerca umane gioie
 in questa vita effimera, arde d'amore
 ma in un amore celeste
 sente di sciogliersi
 mentre arde nel tuo amore di fiamma:
 con l'animo è in cielo,
 in terra esso erra dentro un fragile corpo.

9. *Anima quam dilexi*

Anima quam dilexi me deseris?
 Misera es et caeca:
 Ego redemi te cruore meo
 Ut gloria aeterna fruerere.
 Tu nunc a me recedis
 Nec cogitas, infelix,
 Horrendas poenas et inferna monstra:
 Revertere ad verum Deum tuum.

9. *Anima quam dilexi*

Anima che ho prediletto, mi abbandoni?
 Sventurata sei e cieca:
 io ti ho redenta col mio sangue
 affinché tu godessi della gloria eterna.
 Tu invece ora ti allontani da me
 né consideri, misera,
 le orrende pene e i mostri infernali:
 ritorna al tuo vero Dio.

10. *Qui pietate*

Qui pietate tua dirupisti
 Servitutis aeternae fera vincla,
 Cum rabie draconis,
 Patiens cruda in cruce tormenta,
 Defende me in ultimo agone.
 Tua bonitate beatus ero
 Si me protexeris
 Clementer tuo dulcissimo favore:
 Pertrahe IESU pie
 Ad te animam meam.

10. *Qui pietate*

Tu che, con la tua clemenza, hai spezzato,
 con rabbia del serpente,
 le terribili catene di un'eterna schiavitù,
 patendo in croce terribili tormenti,
 difendimi nell'ultimo agone.
 Grazie alla tua bontà sarò felice
 Se, con indulgenza, mi proteggerai
 col tuo dolcissimo favore:
 attrai a te, o pietoso Gesù,
 l'anima mia.

11. *Te Iesu Christe*

Te, Iesu Christe, liberator meus,
 Reverenter adoro.
 Vulneratus es, mihi ut des vitam,
 Clavi tibi foderunt pedes,
 Manus amabiles.
 Diro dolore feriere te
 Cuspide saeva teterrimi ministri,
 Impie ausi sunt ferire pectus.
 Sic mira pietate redimisti me,
 Christe, tua morte.
 Tu vero vulnera cor meum durum
 Telo amoris tui.

11. *Te Iesu Christe*

Con reverenza adoro te,
 Cristo Gesù, mio liberatore.
 Per dare a me la vita sei stato ferito,
 chiodi ti hanno trapassato i piedi,
 le amabili mani.
 Con spietato dolore odiosissimi esecutori
 ti hanno colpito con lancia crudele,
 sacrilegamente hanno osato ferirti il petto.
 Con siffatto mirabile amore mi hai redento,
 o Cristo, con la tua morte.
 Orsù, ferisci il mio cuore crudele,
 con la freccia del tuo amore.

12. *Pulchrae sunt*

Pulchrae sunt genae tuae,
 Amica mea, soror, mea sponsa.
 Oculi tui sicut columbarum,
 O pulcherrima Virgo.
 Vulnerasti cor meum, sponsa mea,
 In uno crine tuo.
 Vulnerasti cor meum, columba mea.
 Ubera tua sicut botri Cypri,
 Et ut hinnuli duo
 Gemelli capreae qui pascunt flores:
 Quam pulchra es, et speciosa, Virgo:
 Coronabere.
 Veni de Libano, amica mea,
 Veni de Libano, formosa mea;
 Tui dentes ut oves de lavacro,
 Et labia stillantia unguentum.

13. *Gloria tua*

Gloria tua manet in aeternum,
 Potentissime Deus.
 Fecisti caelum conglobastique terram,
 Formasti nos ad imaginem tuam,
 Ut te perfrueremur.
 Aeterna tibi laus, honor et potestas,
 Domine Deus noster,
 Qui perducis ad te animas nostras.
 Gloria tua manet in aeternum.

Andrea Gabrieli*Aquilino Coppini*14. *Bonum est, et suave*

Bonum est, et suave
 Amare Dominum, qui nos amavit,
 Et nos a nexibus solvit peccati,
 Et lavit sordes nostras sua morte;
 IESU, IESU, o IESU te sectamur,
 Ad te convertimur.
 Qui solus es amandus,
 Et adorandus in caelo et in terra
 Cum Sancto Spiritu, cum Deo Patre.

12. *Pulchrae sunt*

Belle sono le tue guance,
 amica mia, sorella, sposa mia.
 I tuoi occhi come di colombe,
 o bellissima Vergine.
 Hai ferito il mio cuore, sposa mia,
 con uno solo dei tuoi capelli.
 Hai ferito il mio cuore, colomba mia
 Le tue mammelle come grappoli di Cipro,
 e come due cuccioli gemelli
 di capriola che brucano fiori:
 quanto sei bella, e splendida, o Vergine:
 sarai incoronata.
 Vieni dal Libano, amica mia,
 vieni dal Libano, la bella mia;
 i tuoi denti come pecore dopo il bagno,
 e le labbra che stillano unguento.

13. *Gloria tua*

In eterno permane la tua gloria,
 o potentissimo Dio.
 Hai creato il cielo e hai riunito a forma di globo la terra,
 hai formato noi a tua immagine,
 perché godessimo pienamente di te.
 Eterna lode a te, onore e potenza,
 Signore Dio nostro,
 che guidi fino a te le nostre anime.
 La tua gloria rimane in eterno.

Andrea Gabrieli*Aquilino Coppini*14. *Bonum est, et suave*

È buono e dolce
 Amare il Signore, che ci ha amato
 e ci ha liberato dai lacci del peccato,
 e ha lavato le nostre sozzure con la sua morte;
 Gesù, Gesù, o Gesù, te con zelo seguiamo,
 a te ci volgiamo.
 Tu che sei il solo da amare
 e da adorare in cielo e in terra
 assieme allo Spirito Santo, assieme a Dio Padre.

Simone Molinaro

15. *Lucia sponsa Christi*

Lucia, sponsa Christi,
 Immobilis columna,
 Omnis plebs te expectat:
 Nam coronaberis,
 Dominus te elegit
 Dilectam sibi sponsam.
 Per te, virgo Lucia Deo devota,
 Per preces tuas detur
 Aeterna possidere
 Qui implorant auxilium:
 Heu exaudi, o virgo,
 Flebiles voces et cuncti, dum te laudant,
 Grates persolvunt Iesu dilecto tuo.

16. *Ego flos campi*

«Ego flos campi et lilium convallium»
 Loquitur dilectus,
 Et voce eius, in auribus dum sonat,
 In me laetitia semper derivat,
 Et liquefacta est anima mea.

17. *In tribulatione Dominum*

In tribulatione
 Dominum invocavi.
 Clamavi ad Deum meum,
 Et exaudivit de templo vocem meam.
 Domine, exaltabo te
 Quoniam suscepisti me.
 Clamabo ad te, Domine,
 Et deprecabor te usque in finem.

Simone Molinaro

15. *Lucia sponsa Christi*

Lucia, sposa di Cristo,
 inamovibile colonna,
 ogni popolo ti aspetta:
 infatti sarai incoronata,
 il Signore ti ha scelta
 come tua sposa diletta.
 Grazie a te, o vergine Lucia a Dio consacrata,
 grazie alle tue preghiere sia concesso
 che conquistasti l'eternità
 chi implora aiuto:
 ehi! ascolta, o vergine,
 le deboli voci e tutti, mentre lodano te,
 rendono grazie al tuo diletto Gesù.

16. *Ego flos campi*

«Io fiore del campo e giglio delle convalli»
 dice il diletto,
 e dalla voce di lui, mentre risuona nelle orecchie,
 a me sempre deriva letizia
 e si scioglie l'anima mia.

17. *In tribulatione Dominum*

Nella tribolazione
 ho invocato il Signore.
 Ho gridato verso il mio Dio,
 e dal tempio udì la mia voce.
 O Signore, ti esalterò
 perché mi hai sostenuto.
 Griderò a te, o Signore,
 e ti supplicherò sino alla fine.

18. *Veni o Jesu*

Veni o Jesu mi,
 Veni o benigne,
 Et nubila depelle,
 Et lucem tuam infunde, quaeso, menti:
 Ex tuo nam conspectu
 Laetabitur anima tristis,
 Merita tanta volvens,
 Quae grata cunctis,
 Et digna tandem
 Caelestis erit poli.

Girolamo Cavaglieri

19. *Iesu dulcissime*

Iesu dulcissime,
 O bone Iesu,
 Vita aeterna, miserere mei.
 O dulcis Iesu miserere mei,
 Iesu carissime, amator noster,
 O benigne Iesu,
 Vita perennis fili altissimi, fons pietatis.
 O clementissime Iesu, lux vera.
 O Iesu, panis vive, miserere mei.

20. *Surge formosa mea*

«Surge formosa mea, amica mea et veni,
 Flores apparuerunt in terra nostra.
 Vulnerasti cor meum, soror mea,
 Mater beata, sponsa aeterni Patris:
 Ostende mihi faciem tuam.
 Vox enim tua dulcis, columba mea.
 Surge propera, speciosa mea»
 Dilectus meus loquitur mihi.

18. *Veni o Jesu*

Vieni o mio Gesù,
 vieni o benigno,
 e allontana le nubi,
 e infondi, di grazia, la tua luce nella mente:
 al tuo cospetto, infatti,
 si allieterà l'anima triste,
 riflettendo su azioni meritorie così grandi
 che sarà gradita a tutti,
 e degna finalmente
 del polo celeste.

Girolamo Cavaglieri

19. *Iesu dulcissime*

O Gesù dolcissimo,
 o buon Gesù,
 vita eterna, abbi pietà di me.
 O dolce Gesù abbi pietà di me,
 Gesù carissimo, amante nostro,
 o benigno Gesù,
 vita perenne dell'altissimo figlio, fonte di pietà,
 o clementissimo Gesù, luce vera,
 o Gesù, pane vivo, abbi pietà di me.

20. *Surge formosa mea*

«Alzati la bella mia, amica mia, e vieni,
 fiori sono comparsi sulla nostra terra.
 Hai ferito il mio cuore, sorella mia,
 madre beata, sposa dell'eterno Padre:
 mostrami il tuo viso.
 Dolce infatti la tua voce, o mia colomba.
 Alzati, affretati, o mia splendida»
 Parla a me il mio diletto.

(Traduzione italiana di Torina Baiocchi)